quidem & cõſultiſsimê nam Manuale illud Salmanticę impreſſum non habet auctorem nec approbationem, ſed neq; licentiam, quorum quodlibet ſufficeret, vt euitaretur iuxta ſanctorum Patrum & Conciliorum ſanctiones interdicentes ſimilium librorum lectionem. Et Doctiſsimus Magiſter à Veracruce 1. p. Speculi, art. 13. dicit, ꝙ quãdo alter cõtrahentium ſolum eſt benedictus, ſiue vir, ſiue fęmina, vterq; de nouo benedicant̃; propter pręallegatam Extrauagantem, quæ concedit ſeu determinat, ſic fieri, & reuocat dictũ capit. Capellanum citatum in Manuali Salmanticenſi. Refert etiam Epiſcopum Segouienſem aſſerentem, quod cum ex iure antiquo eſſet ſuſpenſus presbyter qui ſecundas nuptias ſcienter benediceret, & ad Papam mittendus: per Extrauagantem Ioannis. 22. ablatum eſt quod ſit ad Papam mittendus, & dicit, ſuſpenſionem non fuiſſe illatam ĩpſo iure, ſed inferendam. Cum patre Magiſtro tenet Doctor Salzedo in ſua practica criminali, cap. 74. Et pater Focher lib. cui titulus: Inſtructio ſimplicium. 2. p. art. 4. idem omnino tenet, & addit conſtitutionem pręedictã Ioannis. 22. non eſſe Eccleſię Hiſpalẽſis priuile

uile